

**A** *Cum conuerterit Dominus captiuitatem.*] Manifestè loquitur Psalter de captiuitate Sionis: id est, populi & Ecclesie Dei. Non abnuo de Babylonica posse intelligi. Nam quæ Burgensis contra eam sententia adducit, parum habent ad refellendum momenti. Nec necesse est, vt disceptemus. Nihil autem impedit, quò minus & de ea captiuitate admoneamur, in qua Sion etiamnum tenetur. donec plenitudo gentium intrauerit, & impleantur tempora nationũ. Quòd si quis captiuitatem Ecclesie Christi sentit, habet & ille quæ hinc cogitet.

*Cum conuerterit Dominus captiuitatem.*] Quasi de ipsa conuersione certus, de eo canit, quid euenturum sit populo Dei, vbi se liberari viderint. *Erimus*, inquit, *veluti somniantes*: hoc est, Tam eueniet nobis ea conuersio ex improviso, vt simus illam initio non veram, sed imaginariam, & velut in somno propositam iudicaturi.

*Tunc replebitur risu os nostrum.*] Quasi dicat: Qui nunc in mœrore ac luctu sumus, tunc erimus gaudentes: quorum nunc oculi lachrymis abundant, horum tunc lingua cantico replebitur. Tunc dicent inter gentes: *Magnificè egit Dominus cum illis*: hoc est, Tam erit liberatio nostri stupenda & admirabilis, quàm nunc captiuitas nostra videtur insolubilis, sic vt gentes ipsæ magnificentiam Domini agnituræ sint & admiraturæ.

*Magnificè acturus est nobiscum Dominus.*] Q. d. Non liberabit nos tantum, sed sic liberabit, sicut ipsius conuenit magnificentie. Nominis sui gloriam vindicabit. Declarabit in medio gentium esse se Deum saluandi. Ex abundantia affectus, repetit de futuro gaudio, dicens: *Et erimus lætantes.*

*Conuerte Domine captiuitatem nostram.*] Id quòd fide certa futurum credebat, eadem fide, vt fiat precatur. Addit: *Sicuti riuos aquarum in Austro*. Q. d. Sumus nunc omni rerum lucunditate & prosperitate destituti, consimiles solitudini, cui propter Solis æstum exarefacti sunt torrentes. Tum verò exhilarabimur, & omnis generis prosperitate abundabimus, quando captiuitatem nostram conuerteris, perinde ac si riuos aquarum, locis desertis in Austro dederis.

*Qui seminant in lachrymis.*] Duobus istis versibus discriminat inter tempus captiuitatis & tempus liberationis: futurum asserens vt ex illius miseria & calamitate magnum sint emolumentum consequuturi. Vtitur autem similitudine *sementis & messis*, omnium accommodatissima. Inamœna res est, imò molesta, & lachrymis magis quàm gaudio vicina, seminare, & traham in agrum deportare, qua semen tellure obducatur: contra omnium iucundissimũ est tempore messis, quòd seminatum est, magno cum fœnore demetere, & cum manipulis domum reuerti. Sic dicit: *Qui seminant in lachrymis*: id est, cum labore & molestia: *illi metunt cum gaudio*, vbi maturitas messis venerit. & qui in agrũ traha seminaria onusti, lachrymabundi magis quàm lætabundi subinde exeunt: illi tempore messis cum cantico domum, yberem laborum suorum fructum reportantes, reuertuntur. Ad eum modum accidit & nobis, cum lachrymis abducti sumus in captiuitatem: verum vbi hanc Dominus conuerterit, reuertemur cum gaudio, non vacui, sed opibus, quasi manipulis cumulati.

*Cum conuerterit Dominus captiuitatem Sionis.*] Primum illud cogitemus, eousq; progredi disciplinam Domini, vt populum suum, vbi nullis admonitionibus & castigacionibus emendari sustinet, in captiuitatem: id est, potestatem infidelium, tradat, vt vel hoc pacto humiliati respiciant. Deinde, eam captiuitatem populi Dei, non esse ad hoc destinatam, vt sit perpetua: sed paratam esse illius conuersionem, vbi gloriæ Dei fuerit opportunam. Tertio, esse illam conuersionem in manu Dei. Non dicit, *Cum conuersa fuerit captiuitas Sionis*: sed, *Cum conuerterit Dominus captiuitatem Sionis*. Quarto, & illud obserua, quòd dicit: *Erimus veluti somniantes*. Admonemur, sic succurrere Deum pijs, dum adfliguntur, vt ex improviso liberentur: & se non liberari, sed somnium videre putet. Sic accidit & Petro, cum per angelum è carcere liberaretur, Act. 12. Sic & Gen. 45. Iacobo accidisse legimus: cui cum diceretur, Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Egypti: quasi de graui somno excitatus, non credebat, donec certis argumentis persuaderetur.

*Tunc replebitur risu os nostrum.*] Obserua duobus istis versibus, quomodo Vates de futura liberatione nihil eorũ quæ euentura erant, nec de modo illius quicquam commemoret, quàm simpliciter ista: *Replebitur risu & cantico os nostrum: erimus lætantes*, & liberatio nostri erit magnifica. Reliqua committit Deo, ac putat esse abundè satis ad consolatione captiuorum, si ista credant & expectent. Ad eum modum & nobis est cogitandum. Promittuntur filijs Dei magnifica, & vehementer læta: *Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: ecce serui mei gloriabuntur præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis*: Esa. 65. Et Apostolicæ literæ pollicentur gloriam, gaudium & exultationem in futuro: res ipsas verò, vnde gauisuri sumus, non ita exprimunt. Sit ergo & nobis ad consolationem sufficiens, quòd gaudebimus olim qui nunc lugemus: etiamsi curiositati nostræ non fiat satis, quæ perpetuò ad præscientiam non necessariam adipirat.

*Conuerte Domine captiuitatem.*] Admonemur hinc, quomodo pij, quæ futura credunt, & credentes expectant, precibus à Deo postulent. Huiusmodi precatio primum admonet, esse illa gratiæ Dei, non meriti nostri: deinde esse ea non solum credenda, sed & ardenti desiderio expetenda & oranda. Nos credimus vitam æternam. Desideremus etiam illam, & ex corde petamus.

*Qui seminant in lachrymis.*] Obseruadè sunt hæ similitudines, primum *torrentium Austri*, deinde *seminantium & metentium*: quibus admonemur, esse vices mœroris & gaudij, rerum tristem, & lætarum. Itaq; cogitemus in afflictionibus, eum qui riuos aquarũ conuertit in Austro, & torrentes estu exiccatos, cœlesti pluuia reddit abundantes, & seminantis molestiam & laborem mutat in messem vberem & lætitia plenum, quascunq; afflictiones nostras olim magnificentissimè in tempora gaudij & exultationis mutaturum. Cogitemus, inquam, tribulationes huius temporis esse fidei & patientiæ sementem, vnde suo tempore messem reportaturi simus veræ ac sempiternæ felicitatis, si in fide constan-

Ver. 1.

Ver. 2.

Ver. 3.

Ver. 4.

Ver. 5 & 6.

OBSER.  
Ver. 1.

OBSER.  
Ver. 2 & 3.

OBSER.  
Ver. 4.

OBSER.  
Ver. 5 & 6.

nt, & Mundo se  
Qui però peruen  
onibus cedere. &  
ostolus Petrus.  
de Dei declinare.  
orum, quos Deu  
alti esse videantur.  
, & specie sancti  
gemur illos in po  
tionem poterunt  
quando separab  
sti in ignem ante  
in re considerat  
i nunc regnant, &  
pplicium æterni  
perarij iniquitate  
em fore Ecclesie  
ces, hædi petiti  
num in seipis.  
electorum & con  
  
agna cum adu  
a reuersura.  
uti somniantes.  
tu: tunc dicit  
  
antes.  
arũ in Austro.  
  
ens veniet cum  
  
, & Campen  
iuitatem Sion, sicut  
  
Hieron. & Iulio  
  
ates in Austro. Vel  
luis riuus in arid  
aquarum tempore  
  
ortabat traham  
flebat, portans  
iabit & flemus, po  
flemus portabat  
precioso: Kimb  
cum ex 28. cap  
est, Et trahit  
miliarem & vili  
entia excellima.  
expofuit hoc lo  
entiz tribuitur,  
propter relicta  
re ad hunc mo  
calcem capitis  
7 בברר: legen  
7 בברר, non signi  
tari בברר atque  
et vasa seminaria  
  
Cum